Q. F. F. Q. S.

ACTVM ORATORIVM
IN MEMORIAM
NATALIS
GYMNASII ELBINGENSIS

D. XIX. IAN. MDCCLXIX. HORIS A IX. MATVTINIS

IN ACROATERIO MAXIMO

RELIGIOSE HABENDVM

INDICIT

AD EVMQVE BENEVOLE AVDIENDVM

PERMAGNIFICOS ET AMPLISSIMOS

CIVITATIS PROCERES

MVSARVM FAVTORES

ET

QVOSLIBET BONARVM ARTIVM AMATORES

PRO SVA QVEMQVE DIGNITATE COLENDOS

SVSPICIENDOS

DEMISSE OFFICIOSE AC HVMANITER

INVITATVRVS

DE

MAIORVM IMAGINIBVS

GLORIAE AC VIRTVTVM INCITAMENTIS

NONNVLLA DISSERIT

IOANNES LANGIVS

GYMN. RECT. PR. THEOL. PVBL. ET BIBL.

ELBINGAE

LITTERIS NOHRMANNIANIS.

Quantopere majores nostri, imaginum praestantissimarum pulchritudine & splendore capti, illas in honore ac deliciis semper habuerint, optima historiarum loquuntur monumenta. Cives Romae antiquae provoco testes fide dignissimos, qui non deorum dearumque modo simulacra in aedium suarum larario exposita, sed principum quoque ac patronorum, quos quisque colebat, imo illorum etiam, qui familiae decus & ornamentum fuere, vultus expressos ac imagines habere consueverant. Quas aere, marmore aut cera confectas & coloribus distinctas tanta pietate, tantoque venerationis affectu, ac si adhuc in vivis essent, prosequebantur.

Interim non cuivis Romanorum in aedibus suis aut earum atriis licuit majorum imagines ponere & solemni honorare ritu: quippe haec equestris saltem & consularis ordinis dignitas fuit. Hinc non nisi illis, qui vetere ac illustri stirpe orti, in equestri ordine eminebant, aut qui curules gesserunt magistratus, imagines suorum habere concessum erat. Postquam vero in communionem titulorum ac honorum publicorum ignobiles quoque venerunt, illos insimul jus imagines ponendi accepisse vel me tacente animadvertit omnis.

Dum ergo Romanorum animum memoriae majorum conservandae cupido intravit, statuebant, imagines illorum inter varia, quae in subsidium vocabant, media, desiderio votisque suis responsura, haud ultimum occupare locum. His enim non oculis modo majorum vultum ac speciem, sed ipsis immortalitatem quoque dari, imo in omnes terras hac ratione mitti credebant, quo praesentes ubique esse & honore affici possent. Id quod innatae

ſuae in majores pietati ſe debere judicabant, declaraturi, quanti fulcra ac lumina familiae ſuae aeſtimarent.

Aſt non memoria ſaltem virorum, gente menteque celeberrimorum, in ſplendorem ac ornamentum familiae imaginibus conſervari poteſt, ſed poteſt quoque triſtitia, ex illorum obitu contracta, aut deſiderium ex abſentia ortum mitigari, dum corporum ſimulacra, icones, arte vel pictoria vel ſculptoria aliave confectas, praeſentes videre juvat: quippe quod vel atra mors, vel alius abſtulit caſus, praeſtans pictoris aut ſculptoris artificium reddit omne.

Maximus vero & dulciſſimus, qui ex imaginum cultura ac ornatu provenit, fructus in eo conſiſtit, ut illae experientia teſte ſemina & igniculos virtutis atque gloriae in animo latentes excitare, & ad profectus in moribus ac doctrina faciendos, vim atque ſtimulos addere poſſint. Hinc Plinius Secundus, Corelliae Hiſpulae, cujus filio, in lubrico aetatis adhuc conſtituto, praeceptorem ac cuſtodem quaerebat, litteris injungit, ut puerum, quo avo ſimilis reddatur, ſaepe moneat, quibus imaginibus oneretur, & quae, quantaque ſuſtineat nomina. Nec immerito illud Plinium ſtatuiſſe judico. Quis enim praeſtantiſſima virorum in toga aeque ac in ſago inclutorum ſimulacra non ſumma animi ſenſatione, gratulatione ac veneratione conſpiceret? Cujus quaeſo animus, majorum adſpectu incenſus, non deſiderio & imitandi cupidine flagraret, dum eorum icones contemplatur, qui de patria bene meriti, vel ad imperii gubernacula ſederunt, vel ſanitati promovendae conſilia ſuppeditarunt medica, vel aeternae animarum ſalutis curam geſſerunt, vel juventutis educationem fidei ac doctrinae ſuae commiſſam habuerunt, vel denique felicitatis ac tranquillitatis publicae quovis modo exſtiterunt promotores? Ecquis hinc bonae indolis filius aut nepos? ecquis

civium

civium aut heroum tam dura & saxea esset mente, ut imagine patris, avi, magistratus, ducisque exercituum conspecta, illos debitis laudibus concelebrare, eorumque vestigiis, ad avitam nominis gloriam viam pandentibus, insistere nollet? Habes sane in majorum imaginibus novum incitamentum, novam legem, monitum novum, ad virtutem famamque eorum propagandam. Qua in re pollicem nobis premit Sallustius, in praefatione ad bellum Jugurthinum sic scribens: " Saepe audivi, " Quintum Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae " praeclaros viros solitos ita dicere, cum majorum imagines in- " tuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi. „ Cui addendum judicamus Senecam, Neronis praeceptorem, professione Stoicum, egregie prorsus dicentem: " Quidni & ego " magnorum virorum imagines habeam incitamentum animi, & " natales celebrem. „ Capiebant igitur ex majorum imaginibus priscae frugalitatis, provincialis parsimoniae, virtutis integerrimae, fortitudinis laureatae ac eruditionis consummatissimae exemplar, quod omni studio ac labore imitari pulchrum erat.

Non ergo illud modo felicitatis humanae specimen est, virorum illustrium, qui sui desiderio nos tenent, imagines novisse ac scire, quales illi fuerint, & quibus posteritati se commendarint virtutibus: sed ex eorum quoque vita rebusque actis conjecturare licet, probitatis, eruditionis, temperantiae, aliarumque virtutum studium, cui omnes omnino dediti esse debent, humanas non superare vires. Nedum, quod imagines saepe moneant, quibus utendum sit mediis, si ad illum honoris ac dignitatis gradum, quem viri coloribus ornati occuparunt, ascendendi animus est. Hoc pretium, hanc vim non veteres modo Romanorum scriptores imaginibus attribuerunt, sed ex recentioribus quoque Laurentius Pignorius, qui museum suum multis clarissimorum

virorum iconibus hunc in finem adornavit, ut quod corporum ſimulacra, animi domicilia vere nominanda, ibidem conſpicerentur, tot viſuris ad eruditionem ac virtutem eſſent calcaria. Sequentes enim valvis muſei ſui aureis litteris inſcribi juſſit verſus:

Sidera doctrinae hic fulgent digniſſima coelo.
Selige tu tibi, quae inſtillent virtutis amorem,
Vt ne oculos tantum pictura oblectet amicos.

Hinc plurimum reverendus Meuſchius, qui quondam eccleſiis Saxo-Coburgenſibus praefuit, in doctiſſima ſua praefatione, Bartholini diſſertationi de libris legendis praemiſſa, eos admodum conqueritur, qui muſea ſua variis exornant imaginibus, non ut illis, (en praecipuum ac genuinum iconum uſum!) velut calcaribus ad tantorum virorum imitationem in ſapientiae, virtutis ac eruditionis tramite incitentur, ſed ut pompa vanaque gloria magis extollatur. Hi enim homines ex imaginum adſpectu exiguum ſaltem, vel plane nullum colligunt fructum: ſicuti illi, qui pietate imaginaria, vel neſcio qua opinione ducti, omnes icones, principum ac virorum graviſſimorum corpora exprimentes, tollendas atroque notandas eſſe carbone clamitant. Id quod ſi in orbe chriſtiano accidit, mirum ſane non eſt, barbaram Turcarum gentem ut omnes ſcientias liberales honeſtasque, ita & picturas ipſas omni tempore abhorruiſſe, ac odio plus quam vatiniano proſecutam eſſe: quippe nullum tam reliquis artibus, quam pingendi ſtudio pretium ſtatuere didicit; ipſe quanquam Muhamedus, famigeratiſſimus religionis turcicae fabricator, imaginum pictarum amore mirum quantum excitatus fuiſſe dicitur. Paulus enim Jovius facta ipſius cum Selimo Imperatore turcico comparatione inter alia ita ſcribit: " Muhamedus gentium prope omnium Re-
" ges, rerum bello geſtarum fama inclutos, verſis in turcicam
" linguam hiſtoriis, non modo ſcriptis, ſed imaginibus, excel-

" lenti

" lenti pictura expressis, repraesentari sibi curabat, impetrato à
" Venetis ad id munus Gentile Bellino, pictore praestantissimo,
" ut gravibus exemplis magis ac magis ad extendendam famam
" accenderetur.

Quodsi ergo virorum clarissimorum imaginibus tanta vis, tantaque inest efficacia, quantam in eorum operibus & actionibus, quae non corporis sed animae ac prudentiae indicia prae se ferunt certissima, latere credamus? Illa enim ingenii monumenta & sapientiae rationisque foetus omnem vultus effigiem, orisque conformitatem umbraticam & nebulosam multis modis superant. Quis hinc ex Demosthenis, Ciceronis, Augustini, & ut recentioris aevi eruditorum memores simus, ex Grotii, Pufendorffii, Leibnitzii aliorumque scriptis litteratissimis non majorem capit utilitatem & voluptatem, sublime & erectum ingenium decentem, quam ex omnibus illorum imaginibus, Apellis licet & Protegenis penicillo summa venustate depictis.

Cujus rei non opus est ut evidentissima documenta a longinquo repetamus, dum ipsum Athenaeum patrium imagines Majorum, de re politica aeque ac litteraria bene meritorum in mentem revocat nunquam morituras. Quis enim *Jacobi ab Alexwangen* t. t. Burggravii Regii & *Nicolai Fridwaldi*, Praeconsulum, primi aedificii scholastici Conditorum? quis *Brauniorum*, *Isendorfiorum*, *Sprengeliorum* & *Widerorum* nomina, quorum auspiciis praesens Seminarii phrontisterium recens editum & splendide exornatum est, memoria repetere auderet, nisi insimul praestantes pietatis illorum in DEVM, curarum in patriam, beneficiorum in musarum sedem, imagines grato animo recoleret. Et quidni credamus, illos quoque ex Splendido Magistratus Ordine, qui Gymnasii florem curae hactenus cordique sibi habuerunt, Majorum quasi imaginibus admonitos & excitatos esse, ut Scholam publicam,

eam, cujus illi radices egerunt primas, conſervatam ac incolumem poſteritati traderent?

Fas igitur & aequum eſt, ut & nos, Majorum imaginibus provocati, ineffabilem DEI benigniſſimi clementiam & paternum Gymnaſii Conditorum ac Conſervatorum amorem laudibus, tanto beneficio dignis evehamus. Cui deſiderio ut fiat ſatis, Encaeniorum feſtivitati, facultate gratioſiſſime conceſſa, ſacratus eſt dies craſtinus, pio faxit DEVS! animo grataque mente celebrandus.

Adeſte itaque, VIRI, ILLVSTRIS, PERMAGNIFICI, MAXIMEque STRENVI, GENEROSI, AMPLISSIMI, CONSVLTISSIMIque, BVRGGRAVIE REGIE, PRAESES, PRAECONSVLES, CONSVLES, CIVITATIS PROCERES AC GYMNASII PROMOTORES AETERNVM DEVENERANDI, ut pro cura Veſtra indefeſſa, rei ſcholaſticae dicata, tantas quantas Majores Veſtri, gratiarum actiones publice accipiatis: adeſte EXCELLENTISSIMI, PLVRIMVM REVERENDI, PRAENOBILES, NOBILES, SPECTABILES, HVMANISSIMIque MVSARVM FAVTORES & AMICI COLENDISSIMI, qui imagines Nutriciorum Scholae venerantes, Parnaſſum eorum munificentia ac liberalitate conditum & hodienum adhuc florentem DEO ulterius commendare ſoletis: adeſte, inquam, omnes ac ſinguli, qui litterarum ſtudiis favetis, & ut Gymnaſio patrio ad ſeram usque aetatem bene ſit, in votis habetis, DEO maximo, quae DEI, & ſummis Nutritoribus, quae Nutritorum ſunt, non fucato cordis affectu nobiscum daturi. Publ. Elbingae. D. XVIII. Jan. MDCCLXIX.

Der eröfnete Bildersaal
zum Gedächtniß
der 169sten Stiftungsfeyr
des löblichen Elbingischen Gymnasii
den 19 Jenner 1769 vorgestellet.

Der Vorredner
Samuel Teschner
handelt von dem Beyfall, welchen die Grossen in der Welt von je her den Gemählden gegeben, kündiget den Inhalt der Redübung an, und bittet um ein geneigtes Gehör.

Chor.

Christian Gottfried Fromm
fordert nachfolgende auf, zu rathen: was er für ein Bild in der Hand habe?

Johann Friedrich Michael Sieffert,
Samuel Sigismund Rogge,
Johann Geret Philipp,
Isaac Richter,
Johann Gottlieb Abramowski,
Martin Gottlob Groß,
Jacob Daniel Zabienski,
Daniel Torborg,
Johann Ephraim Mioduczewski.

Hans Wilhelm Horn
beweiset, daß die Mahlerey mit den übrigen Künsten und Wissenschaften einerley Schicksal gehabt.

Chor.

Von der reitzenden Annehmlichkeit der Bilder, und dem unterschiedenen Geschmack an denselben reden

Johann Gottfried Hanff,
Theodor George Land,
Johann Jacob Möller,
Carl Ferdinand Ramsey,
Carl Israel Lange,
Martin Thomas Schmidt,
Carl Christoph Baum,
Johann Wiens,
Johann Gottlob Thieß.

Joseph Ludwig von Junge

redet von berühmten Männern, die sich nicht haben wollen abmahlen lassen.

Chor.

Was wohlgerathene Bilder für einen Nutzen haben, erzehlen

Adam Gottfried Hoppe,
Benjamin Friedrich Mioduczewski,
Michael Braun,
Christian Friese,
Johann Friedrich Konopacki,
Alexander Gottlob Kiedt,
Johann Jacob Hanff,
Benjamin Knebel,
Johann Jacob Holz,
Johann George Schipplick,
Christoph Weiß.

Johann Friedrich Theodor von Junge

spricht von einigen Gelehrten, welche die Bilder hochgehalten, und sich selbst auf die Mahlerkunst geleget.

Johann Sigismund Möller

redet von gelehrtem Frauenzimmer, welches die Mahlerey getrieben.

Chor.

Gemählde sind eine Zierde öffentlicher Gebäude.

Carl Wilhelm Fromm,
Johann Daniel Kretschmer,
Michael Gottlieb Fuchs,
Martin Christian Groß,
Daniel Friedrich Conradi,
Gottlieb Kuhr,
Benjamin Silber,
Carl Gottfried Thieß,
Joseph Xaverius Mioduczewski.

Johann Ernst Kerbein

beweiset, daß die Bilder wohlverdienter und gelehrter Männer vorzüglich auf einen Büchersaal gehören.

Chor.

Von den Fehlern der Mahler bey den Bildern der heiligen Schrift machen Worte

Gottfried Schröter,
Friedrich Haag,
Gottfried Ballermann,
Johann Roßkampff,
Johann Ludwig Dilla,
Carl Friedrich Brämer,
Ferdinand Theodor Brakenhausen,
Samuel Traugott Grüttner,
Gottfried Scheiberlin.

Johann Ephraim Kelch

saget, was von den Bilderbibeln zu halten sey.

Chor.

Von einigen fehlerhaften Bildern des neuen Testaments reden

Carl Daniel Fuchs,
Peter Kaverau,
Nathanael George Land,
Jacob Schröter,
Gotthelf Israel Schmidt,
Johann Gottfried Hingelberg,
Carl Christian Kluge.

Theodor Michael Sieffert

beurtheilet die Frage: Ob es erlaubt sey, Gemählde zu erdichten?

Chor.

Carl Alexander Brakenhausen

redet von dem Göttlichen in der Mahlerey.

Theodor Ferdinand Köppen

von den Bilder-Gallerien grosser Herren.

Michael Theodor Conrad Stoltz

von dem Affections-Preiß, den man oft auf schöne Bilder gesetzet.

Daß die Mahlerkunst eine angenehme und nützliche Abwechselung im Studiren sey, erhellet aus der Unterredung des

Samuel Teschner unter dem Namen **Sedulius,**
Thom. Gottl. Achenwall — — **Fabricius.**

Chor.

Ob die Mahler- oder die Bildhauerkunst den Vorzug habe? untersuchen in einem Gespräch

Carl Friedrich Kriese	genannt	Oedipus,
Johann von Koldum	—	Davus,
Johann Jacob Meienreis	—	Kranach,
Daniel Meienreis	—	Liewens,
Michael Leuchert	—	Jacobow.

Chor.

Von einigen Bildern, so in dem Hause des Herrn Macrobii anzutreffen, reden

Daniel Gottfried Kanngiesser,
Ephraim Zimmermann,
Jacob Kienast.

Chor.

Nachfolgende beantworten einige hieher gehörige Fragen:

Carl Friedrich Braun, ob die Bilder auf den Münzen, oder die auf den Portraits den Vorzug haben?

Johann Nathanael Zobel, was von den Bildern in den Ringen zu halten sey?

Johann Christian Horn, was die Bilder in den Wappen andeuten wollen?

Carl Friedrich Kriese

untersuchet: ob es auch omineuse Bilder gebe?

Johann Horn

zeiget, was ein Christ für theologische Gedanken bey den Gemählden haben könne.

Der Nachredner

Thomas Gottlieb Achenwall

danket der Hochansehnlichen Versammlung im Namen der Studirenden für die preißwürdige Aufmerksamkeit, und empfiehlet das Gymnasium der Güte Gottes und der anhaltenden Wohlgewogenheit aller Höchst- und Hochgeneigtesten Anwesenden.